

Erpeler Weisthumb.

Expel war Eigenthum des Dom-Capitels von Köln. Im Jahre 1375 waren durch Vermittlung des Erzbischofs Friedrich von Saarwerden die langjährigen Streitigkeiten zwischen dem Propst einerseits und dem Dechanten und Capitel andererseits dahin entschieden worden, daß jede der streitenden Parteien ihren bestimmten Rechtskreis und ihre bestimmten Gefälle und Einkünfte zugewiesen erhielt. Die Herrlichkeit Expel fiel an Dechant und Capitel. Dem Dompropst wurden aus den Einkünften dieser Herrlichkeit jährlich 12 Karren Wein zugewiesen; je nachdem die Crescenz schwach ausfiel, wurden ihm verhältnismäßige Abzüge gemacht. Für die Transportirung des Weins von Expel nach Köln, von der ersten Okt bis zur letzten, bezog eine der sogenannten Hausgenossenpräbenden 14 Malter Weizen aus Willich, ein Malter Hafer vom Stiftsspeicher, 19 Stopfen Wein und zwei Schweine. Dem Dechanten und Capitel standen in Expel die hohe und niedere Gerichtsbarkeit, alle Zehenten, Lehen, Höfe, Wiesen, Weiden, Waldungen, Fischereien, Mühlen, Weinberge u. s. w. zu. Im Jahre 1388 wurden durch die geschworenen Schöffen von Expel die dortige Gerichtsverfassung, das Dienstrecht, die dinglichen Verpflichtungen, die Zölle, das Holzungsrecht und andere Rechte und Gewohnheiten „gewiesen“ und durch den erpeler Schöffen und Notarius Henricus aufgezeichnet. Eine im 16. Jahrhundert angefertigte Abschrift dieses Weisthums findet sich im Bürgermeisterei-Archiv zu Expel. Nachstehender Abdruck ist nach dieser Copie.

In nomine domini Amen. Anno igitur verbi incarnati eiusdem domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo octagesimo octavo, Indictione undecima pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini urbani diuina prouidentia pape sexti anno vn-

decimo. Quoniam ad instar aque fluentis tempus labitur atque transit et ne acta que fiunt in tempore pariter cum tempore dissoluuntur, prudentis consilium illud fatur et suadet, vt acta rationabiliter et rite gesta seruentur illesa, sic quod in posterum gesta veritatis evidentia pateant in perpetuum incorrupta. Nos Joannes in der sleydenn Senior, Paulus Cuveder, Joannes de vnnckelbagh, Joannes brune, Conradus der leeu, alias dictus Bruwer, Tilmanus kremer et Henricus Kremer Scabini iurati districtus siue parrochie ville in Erpell iurisdictionisque temporalis ibidem gratiosissimorum dominorum venerabilum et nobilium virorum decani et capituli maioris ecclesie Coloniensis, ratihabitione et consilio juris peritorum super hoc multifariis preuijs atque perusis presentem librum in perpetuam rei memoriam inchoari et conscribi fecimus per predictum Henricum nostrum conscabinum et iuratum Notarium diete ville pro quibusdam Juribus et annexis alijs dictae Jurisdictionis temporali pertinentibus presentibus insertis ac pro antiquis consuetudinibus jurium, possessionibus et obseruantias huc usque a nostris predecessoribus incoenesse obseruatis in hodiernum diem una cum diuersis factis, actis et gestis et negotiis mixtim pro preteritis et futuris temporibus ingruendis ob nostraræ et universitatis sive communitatis totiusque parochie et ville in Erpelle evidentem utilitatem ex nunc in antea viuentibus nobis gratia omnipotentis dei ac in posterum successoribus et superstribus perpetualiter antefata iura et alia memoriter recommendando eademque proinde gratia et ex dono sancti spiritus sanis intellectibus imprimendo diligenter ad elmandum pro posse et sopensum omnem rancorem omnesque dissidii altricationis et questionis rixationis semites, que haec tenus inter nostros dominos et nos aut nostros successores siue etiam circumviciños et commetaneos et confines nostros oriri possit in futurum. Et que tam Teutonicis quam Latinis dietaminibus edita de verbo ad verbum lucidius sequuntur in hunc modum infra scriptum.

In primis. Palminatio fidelitatis facta est a Scabinis et communitate totius parrochie et ville Erpelle, Decano et capitulo ecclesie Coloniensis vt nostris gratiosis et metuendis dominis mediantibus, Juramentis eorum fidelitatis praestitis cum digitorum extensione, anno nativitatis Jesu Christi predicto, die vero undecima mensis Maii, receptis Juramentis solitis subscriptis vulgari ydiomate per nobilem virum dominum Egeam de Linunegen Sub-

decanum diete ecclesie Coloniensis nomine dieti capituli, ratione et vigore litterarum per ipsum capitulum transmissarum. Que palminatio cum Juramento Fidelitatis numquam facta fuit nec separata a domino preposito Coloniensi per ducentos annos et ultra cuius contrarii memoria hominum non existit nisi temporibus his premissis.

Tenor palminationis et Juramentorum Fidelitatis
talis est.

Wir huldenn vnnd schweren hude dieses tages vnnseren lieuen gnedigenn herren dem dechannt vnnd Capitell zu dem doim zu Collenn hult vnnd getruwe zu sin zu allem Irem rechten vnd zu vnnserm herkommen, vnnd sie vñr vnnse rechte herren zu haiten, Id en were dan sache, dat Jemants annders qweme vnnd brechte offen versiegelte brieue von vnnsern herren vnnd Capitell vurss., dem sulden wir huldenn, also als recht vnnd gewoinlich ist so vnnss got helffe vnnd die hilligen.

Littera domini Egee subdecani predicti per Capitulum transmissa qua exhibita et coram dicta vniuersitate parrochie ville Erpelle perfecta ipsam Litteram Scabinis et parochie reliquit, cuius tenor talis est.

Wist Ir Scheffenn, Richter vnnd gemeine von Erpell, gute vrunde, dat wir beuolhen haüen dem Edellen herren Egeen von Linungen vnnserem achterdechannt vnnse ampt vnnd Gericht zu Erpelle vnnd gebieden vch, dat Ir Ime gehoirsam syt, als einem Amptmanne vnnd vuir vweren amptman halt, bis zu vnnserem widderoeffen, Vnnd dat Ir Ime huldet vnnd sweret in vnnsen namen vnnd niemants anders. Datum anno domini m. ccc⁰ lxxxviii⁰ die xi^{ma} mensis Maii nostro sub sigillo presentibus impresso.

Deinde facta palminatione et conscripta ponenda et conscribenda sunt omnia, que memoriter haberi possunt successiue, que parochia annuatim in perpetuum tenere dominis nostris gratiosis Decano et Capitulo Ecclesie Coloniensis facere et dare,

1. Omni anno in festo beati Martini Hyemalis episcopi magister parrochianorum dabit dominis nostris aut Banmeistro nomine eorum, cui commissum fuerit pro tempore in Erpell presentando octo marcas census vñialis monete coloniensis pagamenti.

2. Item nauim sarcinatam cum lignis ustilibus in festo

beati Joannis Baptiste vel paululum ante vel post, que nauis sub pondere transvehere potest versus Coloniam infra XXVI plaustra vinorum et XXVIII secundum communem estimationem et meliorem probam fide dignorum Scabinorum in Erpell. Quia nauis visa in Erpell in Reno per Scabinos ibidem, an bene sarcinata siue onusta sit, an non, presente sculteto aut Banmeistero, aut aliquo alio, cui a dominis nostris commissum fuerit, si Scabini decreuerint, hanc Nauim bene et debite sarcinatam cum predictis lignis cremabilibus domini nostri aut, cui nomine eorum commissum fuerit, et contentare debent et in hoc parrochia satisfacit et de iure longinquis temporibus satisfecit, secundum obseruantiam et introductam consuetudinem hue usque a nostris antiquis progenitoribus obseruatam. Naulum vero de illis lignis de iure non tenetur soluere parochia neque ligna ad Coloniam presentare, sed tamen ad preces magistri Christiani Cirurgie Sculteti, pro tempore venerabilis viri ac nobilis domini Wilhelmi de Sleyda prepesiti Coloniensis ligna transueta sunt ad Coloniam, dieto domino nostro preposito pie memorie nculo soluto per parochiam per aliquod tempus. Ex qua consuetudine iniusta domini nostri Capituli Coloniensis de iure referunt eadem ligna sibi Colone debere presentari per parochiam licet minus iuste.

3. Item quilibet parochianus aut quilibet parochiana habens et tenens mansionem habitabilem propriam vel locatum in parochia Erpell, que mansio si sit parua vel magna, dabit dominis nostris gallinam annuatim, circa festum carnisprivii demptis Scabinis, qui nullam soluere tenentur ratione sui officii Scabinatus.

Jus de censibus et pensionibus annualibus dominis nostris dandis.

Dit ist dat recht, dat vnnse heren haint von Iren Zinsen off pechtenn die Inen achterstendich Jairlichs vnnbetzalt blyuen, vnd dat In ouer beschriuen ist gegeuen in alsolicher wyse.

So wanne dat vnnse gnedige herren vmb alsoliche Zinse off pechte, die Inen achterstenndig Jerlichs vnnbetzalt blyuen, in vnsrer herren kirspell zu Erpell, van weme dat sy haint dey herlicheit vryheid vnn Recht, dat vnnse herren darumb klagen noch dingen noch gein verbott entdurffen noch entsullen thun. Vnnd vmb der herlicheit, vryheit vnn Rechtz willen, so mogen vnnse

herren off so weme sie idt beuellen Iren Boden seinden vmb pennde an alle die stede, da vnse herren gebreche wissennt von Iren tzinsen, off pechten, were idt sache dat einich minsche vergencklich off rumich wurde, dat he sinen Zinss off pechte nit betzalt hette noch betzallen kunte vnzen herren, so mogent vnse herren vnd sullennt, off so weme sy idt befolhen haint, von Irst an den Stadelhoff gryffen vur Ire gebrech vnd deme so wer den Stadelhoff hette, sullen vnse herren Iren boden lehinen off he des gesindt, vnd der magh mit dem Bodden umbgain vnd pennden alle die jhene, die des Erffs haint, die da vergencklich vnd rümich worden ist, Vnnd alle die jhene also dicke, as he die penndt, so sint sie alle tage vnnseren herren vellich vür xiiij penninek. Vnnd off dat gebrech vns herren nit mehe en were dan ein penninek, also lannge bis sie zu hoüff gedrungen werdent vnd bis sich mallich vur vnnser herren recht deit schryuen, vnd sin gewin vnd gewerff geit, na dem dat es Ime geburt von demseluen Erbe. Dit Recht hain wir unsernen gnedigen herren allewege vur Ire herrlichkeit bekannt vnd auch allewege von vnnsern alderen vnd vurfaren, also bisher zugehalten vnd herbracht vur recht.

Fauore gratie diuine appropinquante tempore vindemiarum singulis annis quam primum primus pulsus serotinus factus fuerit per magistrum parrochianorum in Erpelle more consueto, tunc vno dominorum nostrorum per Capitulum ecclesie Coloniensis ad hoc electo adueniente ibidem recognoscuntur et adiudicantur omnia iura temporalis iudicij in Erpell, vt vero domino tam in alto quam in basso cessantibus officiato vel officiatis, qui pro tempore hoe officij illius prefuerunt, eidem domino nostro dieto Windelbodo durantia et competentia per hoe tempus vindemiarum vsque ad hunc pulsum quam stapa, hoc est navis dominorum nostrorum in Reno reduci debeat versus Coloniam vel ad alium locum secundum libitum dominorum nostrorum. Et predictus dominus noster Windelbodus quolibet tempore serotino siue vespertino per tempus vindemiale hoc in tribunali pro iudicio temporali interesse poterit cum Scabinis aut scultetus nomine suo ad hoc statuto, ad iudicandum causas quarumlibet personarum in iudicio competentium et eo uti et frui secundum dicta predicatorum seabinorum volentium, celeribribus diebus ac vigiliis earundem dumtaxat quum campana non pulsatur cessantibus et semotis.

Emende vero cadentes ratione negligentiarum tam verborum quam operum per quaecumque personam coram illo iudicio imperato, peracte de Jure ipsi domino nostro windeboldo cadent, vt huevsque antiquitus a nostris progenitoribus et predecessoribus obseruatum est.

Deinde vero Scabini predicti in hoc iudicio comparebunt personaliter temporibus premissis iudicando ea, que ibidem requiruntur, prout scientie eorum expetunt, et patefiunt pro iure suo quolibet tempore serotino, quum campana pulsatur, vt prefertur et ad vindemias Banni designandas et concordandas per communitatem rehabebunt a domino nostro Windibaldo septem panes sicuti in curti decimali dominorum nostrorum pinsi solent ad vitilitatem victualem eorundem et tam de carnis aut piscibus salsatis vel non salsatis secundum temporis exigentiam quam competit et sufficiens est septem Seabinis sine dolo.

Item quicumque Scabinorum tempore prenotato non comparuerit sine fruulentia et dolo, sed si absens fuerit propter alias incumbentes necessitates, non priuabitur iure suo predicto, sed cadet in penam duorum solidorum usualium denariorum ipsi domino nostro Windibaldo applicandam.

Item sex custodes banni tantum habebunt de iure in premisso tempore secundum conuenientiam.

Item subcustos Banni per tempus vindemiarum habebit vnam quartam vni, vnum panem et tantum de aliis cibariis, quam competit.

Item communitas et Seabini in Erpell et parochie habet ab antiquo iure statuere terminum et locum vindemianti in Banno, ad quem locum voluerint. Dominus noster Windiboldus habet mandare, ne quis vel quae hominum tam intraneorum quam extraneorum attemptaverint ultra locum deputatum et statutum precolligere et si quis vel quae hoc mandatum negligere presumperit et inuentus vel inuenta fuerit per custodes Banni aut per familiares predicti domini nostri, cadet in penam quinque marcarum eidem domino applicandam.

Item premissi custodes tenentur accusare omnes, quos inuenerint precolligere quolibet tempore serotino, domino nostro predicto aut illi, cui nomine suo commissum fuerit, sive illi inuenti habeant licentiam siue non, accusare tenentur, nisi hoc ex gratia dimittatur aut remittatur.

Item iidem custodes pro tempore hoc in perpetuum tenentur colligere in vincis banni parochie de Erpelle tantum de Botris Franceis circumquaque et ubilibet locorum, quod sufficiat ad faciendum quandam conglomerationem teutonice dictam ein kloben, super et trans lignum oblongum ex omni parte, ita quod illi Botri cum circumvolutione transferantur ac infigantur more consueto uno Botro tangente reliquum et habebit hoc lignum cum Botris sic ut premittitur in longitudine¹⁾ pede, in rotunditate quartum dimidium pedem continebit. Premissi vero custodes eandem conglomerationem pro parochia predicta singulis annis in perpetuum tempore vindemiali presentare debebunt, Theolnario vinensi in Colonia, pro qua presentatione quilibet nostrorum parochianorum ab omni theolonio dando prefato theolonario de rebus et mercimoniis suis quibusvis emptis et comparatis in ciuitate Coloniensi tam super terram quam super aquas a dicta civitate abducendis seu transuehendis, si ipsum libet quitus et exemptus erit, dum taxat solummodo signa ab ipso dari theolonario petendo sine pecunis ipsi dari debent ob hoc, sicut hue usque ex longinquis temporibus rite obseruatum est patribus et progenitoribus qui busecumque.

Item antenominati custodes eodem tempore sub modo et forma predictis comparabunt aliam conglomerationem Botrorum dictionum, que in longitudine continebit 4½ pedem, in rotunditate²⁾ pedes et quam de iure presentabunt in Remago in curtim religiosorum dominorum de tuicio, eisdem dominis ibidem existentibus, sin autem tunc accole eorundem dabunt, qua presentata dictis custodibus vna marca visualis monete dabitur pro iure.

Consequenter seitur, quod ius gratiosorum dominorum decani et capitulum ecclesie Coloniensis tale est: Quod habent thelonium in villa et parochia sua Erpelle a festo beati Remigii episcopi perpetue et omni anno durans ad festum sancti Martini episcopi thuronensis, a quo thelonarius nomine eorum ad hoc statutus lenabit a curru onustato seu vacuo quatuor denarios, item a carruta 11 denarios, item a bove 11 denarios, item a vacca tantum, item a porco tantum, item ab ova tantum, sed notandum quod Unekelenses homines liberi sunt ab hoc thelonio.

¹⁾ Die Zahl fehlt in der Handschrift.

²⁾ Die Zahl fehlt.

Quod vero theolonii pretium ipse ab aduenis siue alienigenis cum rebus aduenientibus, vt hoc consuetum est, requiret publice et curialiter cum facetia ad minus tribus vicibus ac ipsis premissionibus in hoc faciendo ne videantur proinde incurrire damnum fruolenter ipsis recedentibus. Si extunc soluere rennuerint, domini nostri aut theolonarius auctoritate et nomine eorum ivos aduenas siue alienigenas in corpore et rebus suis arrestare poterint seu poterit, de et super vero suo theolonio subtracto in vilipendium non modicum et grauamen iurisdictionis et dominii eorundem et vterius procedendo secundum dicta Seabinorum suorum ibidem, prout via iuris postulat et requirit.

Deinde vero domini nostri hoc ius in silua ad parochiam et villam habent in Erpelle pertinens quod sunt comparticipes eiusdem silue, videlicet marekgenoss nuncupati, vt unus verus comparochianus natione suorum auorum seu auiarum sit predice silue comparticeps contradictione quaecumque nullatenus in contrarium obstante, vt hoc in antiquis privilegiis per ivos dominos hominibus et incolis suis desuper concessis lucidius haec et alia continentur.

Item et quia fundus omnis territorii districtus siue banni Erpell ad ecclesiam sancti Petri apostoli in Colonia de iure spectat, saluis iuribus feudalibus hominibus et incolis in ipso districtu existentibus, eisdem super feudo concessis premissi domini Decanus et Capitulum hoc ius tempore vindemiarum pre ceteris merito habent et habebunt unum prediem vindemiandi et precolligendi botros vinearum suarum dictarum die Maynwrecker, aut accolae et possessores eorundem vinearum virtute et nomine ipsorum predictorum dominorum.

Item tempore messis aduenientis communitas parochie et ville predice habet potestatem et consuetudinem antiquam obseruatam statuendi diem initiande Mesis et prescindendi silinginem aut reliquum frumentum in Banno seminatum, cum ipsis videbitur expediri una cum inhibitione, ne quis vel qua prescindere presumat ultra terminum et locum statutum vel ante antiquam institutionem prescindendi, sub pena emende et accusationis ipsi parochie dande secundum mains et minus ipsius pene augmentando vel diminuendo, annuatim videbitur expediri etsi non nullis hominum opus fuerit suam silinginem aut reliquum frumentum causa penurie panium prescindere requirenda et petenda est super

hoc licentia a magistro parochianorum in Erpell et non a dominis nostris, et etiam non a Bauwmeistero dominorum nostrorum seu ab aliquo alio nomine eorundem.

Item domini nostri seu aliquis vel aliqua nomine et virtute auctoritatis eorum impensionator decimas leuabit veram decimam partem frumentorum in campis nisi solum de illis, que cum iumentis aut similibus pabulata fuerint per estatem sine dolo.

Item tenendos et possidendos agros dominorum nostrorum Jüchgales dictos Jüchlandt precipue ante alia super agros illos garbe numerande sunt, de quibus quarta garba dominorum est et de supermanentibus decimam garbam etiam sibi usurpabunt, ut hoc asseritur huc usque per aliquod tempus esse obseruantum.

Item domini nostri habebunt decimam partem de feno in pratis.

Item quilibet verus ex auis aut parentibus suis Marcarius aut marcaria dictus Marcker potest minam ovium vnius quartalis vna cum uno veruece dicto weder in pascua graminum minare infra Bannum Erpelle, vbi parrochia et communitas inhibitionem non minandi instituit propter pericula et damna parochianorum aliorum euitanda atque inferenda. Si vero aliquis vel aliqua transgressus vel transgressa fuerit vltra hoc quartale cum veruece in pascua minando, illam superminam ouerdrifte emendabit ac de iure procurare tenetur gratia pretio vel fauore erga dominos nostros supradictos semel saltem in anno citra generale iudicium prope festum beati Johannis Baptiste aut quum ipsius gratiae dominorum nostrorum conueniens fuerit.

Item domini nostri habent decimam partem de vitibus in villa et parochia Erpelle cultis et supplantatis ante domos et in ortis tam de pecunia Botrorum vendorum quam de ipsis Botris collectis et propter unum aggregatum et in fine extortum. hanc vero decimam decimatam non ex longinquis temporibus obtinuerunt sed ex mala suggestione cuiusdam Bauwmeisters in inoletam consuetudinem ipsorum incolarum suorum transduxerunt proh dolor licet eis incolis minus iuste apparente.

Item domini nostri gratiosi predici habent hoc ius prescriptum ad parochiam suam et villam in Erpelle et dicta parochia et villa ad eos dominos viceversa, talimodo, quod si tanta mortalitas accidentalis vel naturalis aut pestilentia diuinitus emissam, aut in tanto periculo uel damnis eminere et deperiri in rebus et

bonis suis hereditariis, quibuscumque contigerit superuenire in et ad parochianos sine incolas vtriusque sexus hominum cuiuscumque status aut conditionis extiterint vsque ad vnum vel duos supermanentem vel supermanentem saltem sie loquendo. Ille vel illi superstites et ibidem bona hereditaria ipsorum dominorum feudalia tenentes et possidentes ipsius Banni Erpelle ex omni pleno et antiquo iure prescripto debent satisfacere et tenentur adimplere omnia iura perpetualia ipsorum dominorum et ad eos ibidem spectantia, videlicet de censibus, de pensionibus ac de reliquis iuribus in hoc libro contentis, ut si nulle persone eadem bona et fundum siue allodium totalia vel totale totaliter tenerent, ac pro vera hereditate possiderent. Vnde et virtute illius memorati iuris prescripti, cuius contrarii memoria hominum non existit, predicti parochiani ac incole contrario ac viceversa, hoc ius ab ipsis dominis suis premissis obtinuerunt hue usque in hodiernum diem, ita quod vniuersi et singuli conheredes parentum siue defunctorum quorumeumque possunt diuidere et herciseere suam hereditatem sibi de iure successam et deuolutam in tot partes vel stipites, quot sunt de heredibus veri participes salvo iure feudali dominorum nostrorum super hoc et aliorum quorumeumque, qua diuisione facta ipsi domini nostri aut Bau-meisterus nomine eorum nullam allegationem seu impetitionem habere poterint nec debebunt, tam de iure quam de facto que premissa bona hereditaria vltra quatuor partes diuiserunt ut preferuntur, et super hoc allegari poterit in iure quod fieri non debeat in preiudicium ipsorum dominorum, quibus allegatione et impetione penitus cessantibus et semotis.

Item ad affirmandum omne ius dominorum nostrorum de censibus, de pensionibus ac de ceteris iuribus perpetuis et annualibus de allodio eorum dandis, ipsi domini non debent sententialiter extorquere coram iudicio temporali ibidem neque Bau-meisterus nomine eorum si eos libet, sed solum improtractum impignorare possunt omnes et singulos sibi debentes de predictis iuribus et esse neglectos in solutione ipsorum iurum vltra verum terminum solutionis ut patet. Ac pro qualibet die neglecte solutionis et insolute possunt ipsum negligentem impignorare pro quartodecimo demidio denario, quounque ipsa iura sint plenarie persoluta contradictione quacumque non obstante, prout hoc clarius in principio sub vulgari ydeomate continetur.

Deinde hoc ius dominorum nostrorum et parochie alternatim tentum et obseruatum sequitur sub hac forma. Quod mortuis et defunctis parentibus filiorum aut prolis cuiuscumque sexus aut conditionis, qui vel que bona hereditaria dependentia a dominis nostris tenebant in feudum, seu si aliquibus alijs proximioribus heredibus a stipite vel ab aliqua alia linea consanguineali quemque bona hereditaria cessissent tanquam in proximos et veriores heredes propter hoc extunc infra¹⁾ dies immediate et contigue post obitum illorum defunctorum sequens proles aut proximior heres, quotquot illorum fuerint et sunt, a dominis nostris vel a Baumeistero auctoritate eorum illa bona sic denoluta et successa acceptabit sive acceptabunt in feudum, saluis gratia et iuribus ipsorum dominorum adipiscendi et nanciscendi, quod vulgariter nuncupatur gewin vnd gewerff, de ipsis bonis hereditariis dandis et soluendis, videlicet de censibus et pensionibus aut de aliis iuribus consumilibus seu et que de eisdem bonis defunctorum solui in vita eorum de iure competebant.

Vnde pro quo notandum et firme memorie ipsis incolis et heredibus premissis recommendandum. Quod si de illis bonis defuncti aut parentum defunctorum pensio vinaria dominis nostris solvebatur et annualis tunc domini nostri aut Baumeisterus auctoritate eorum pro dicto iure adipiscendi et nanciscendi nil plus capient, nisi de quarta pensione secundum quod quarta medioceris ducillaminis pro hoc anno et tempore ducillata est in Erpelle secundum taxam et probam Seabinorum ibidem sine dolo. Si vero census pecunialis de illis bonis dabatur, tunc pecunia pro eodem iure feudali dominis nostris dari tenetur, prout hoc premissi Scabini ibidem deereuerint fore iustum et rationabile. Etiamque si nullum ius de illis bonis dabatur, pro tunc nullum ius adipiscendi et nanciscendi retribuere tenetur. Et sic de reliquis iuribus predictis equipollentibus ulterius procedendum est secundum dicta Seabinorum, vt ipsa iura feudalia dominorum nostrorum eo firmius in perpetuum obseruentur et ipsis parochia uiceuersa.

Item domini nostri Capitulum Coloniense promiserunt homines suos subditos et ministeriales in Erpell in omnibus suis causis secundum sententias Seabinorum ibidem fauorabiles esse et fide-

¹⁾ Die Zahl fehlt.

liter assistere sine dolo, vt in litteris ipsius Capituli desuper ipsis hominibus concessis gratiosius et euidentius appareat.

Item de electione Scabinorum diligenter notandum. Quod Seabini vinentes in Erpelle ex suis deliberationibus et ratificationibus propriis vnamiter habent potestatem eligendi alium vel alios Scabini vel Seabinos in locum recedentis aut recentientium sive decedentium, qui sit vel sint de legitimo thoro nati et progeniti et qui sint idonei, fideles, bone conuersationis et sine omni infamia et qui sit vel sint ortus vel orti ex sua natione veri Erpellenses et non aduene. In qua electione domini nostri non habent aliquam potestatem neque aliquis alias auctoritate eorum, sed nihilominus ipsis electis seu ipso electo predicti domini nostri aut officiatus siue Scultetus nomine eorum prestabunt et annuntiabunt treugam et pacem omnibus ministris et subditis suis in iurisdictione sua constitutis, quam primum ipsis electi suum prestarunt iuramentum solitum in obseruantiam iurium et iurisdictionis eorundem dominorum nostrorum ac etiam antiquas consuetudines et iura ipsius parochie et ville in Erpelle secundum posse et nosse, ut tenor iuramenti innotuerit sine dolo. Ita quod si quis vel que hominum attemptor reprehendere verbis vel factis dictum sic electum vel dictos electos minus iuste quod sit propter hoc sub pena solita ipsis dominis nostris super hac applicandus.

Item sub anno nativitatis domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto quadam inquisitione et indagatione facta per dominos nostros officiatos pro tempore videlicet Fridericum de Sleida decanum et Sifridum de Westerberg canonicum ecclesiae Coloniensis, presentialiter in iudicio Erpelle existentibus et astantibus quam ipsis nomine dominorum nostrorum capituli prediecte ecclesie super mandata et inhibitiones sive iurisdictiones per nos Scabinos adiudicatur sententialiter habita deliberatione consiliis hinc inde maturis et diversimodis et specialiter a prouidis et prudentibus viris Scabinis Bonnensibus tamquam nostro capite sententias diffinitius deferendo, quorum consilio in iure simus perusi, in hoc verba sub vulgari yedomate lata ei sententialiter pronunciata.

Sint ir vweren herren bekennet den Eigenthumb, vnnd die herlicheit, so sult Ir anntworten vnd wyssen, dat vwer herren in Irer herrlicheite alda haent zu gebieden, dat alle man folgen soll lyff vnnd gut zu beschirmen in Irer herrlichkeit vnnd vort,

so wat die scheffenn alda verurdelen, dat heit der herr zu gebieden vnnd zu verbieden zu halten, dat vnndir einer penen von vunff märcken.

Vort mehe den wasseruanck sult Ir deme gesticht bekennen, darouen en hat Ir nit zu wysen.

Vort mehe, so sult Ir vweren herren den wiltvanck bekennen in Irer herlichkeit aldae.

Vort mehe, so wysst off den vonnck also der vonnck ist mairherkunne, Ein Vunck mag also sin dat he sennt peters ist vnd zugeburt. Der annder Vonck magh also geschehin. wer idt sache, dat einer vur mir giennge vnnd verluer etwas, Vnnd Ich funde dat, wirt he des gewar, Ich soll idt Ime wiederymb geüen, off he magh mir darumb mit recht zusprechen.

Vort mehe der dritte vonnde mag also geschehin. da Eruen sint vnd uff Irem Erüe graffen vnnd etwas vinden, da dunckt vnns recht sein, dat der vonndt möglich ist, der Eruen, dan Iemants anders.

Item vort were sache, dat einichs anders frembde vonndt gescheege, unnd funden würde, so soll man sich na bescheidenden sachen richten, off man des vonnds nit recht wyse magh werden.

Deinde sequitur. quod civitas parochie ville in Erpelle habet hane inhibitionem pronuntiare et constituere quando et quocumque tempore ipsis opus fore videbitur. Quod nullo hominum licet vina extranea in et ad villam et parochiam predictam invehere neque inducere procurare sine licentia magistri parrochianorum et ibidem. Quam eito pena negligentie super hoc proclaimata fuerit ex tunc propter hoc tertia pars cedet dominis nostris in emendam, relique due partes parochie eadent et iuratis ad hoc statutum. Quam vero inhibitionem civitas et parochia predicta habent reuocare sine scitu et voluntate dominorum nostrorum.

Item simile ius domini nostri habent de cultellis, trusorialibus tam magnis quam paruis portandis quando inhibitentur portari solummodo Scabinis demptis seulteto et precone.

Item simile ius domini nostri habent de ludo taxillorum generaliter de omnibus, qui hunc ludum infra tempus inhibitionis exercere presumunt et a iuratis accusati magistro parochianorum fuerint.

Item simile et iudicium est de albis panibus triticeis non ponderosis secundum vnonem, in oppido Regemagi feudo prout consuetudo antiqua hue usque hoc demonstrauit vel si aliter per iuratos ville et parochie fuerit ordinandum in melius.

Item idem est de siligineis panibus non bene pistis ac etiam non penderosis, emenda est prestanda a negligentibus videlicet quod vnum panis siligineus ponderabitur a pistore in fornacem octo talenta, extra fornacem bene pistum ponderabit septem talenta sine dolo.

Item domini nostri habent tertiam partem accusationis de rancidis carnibus porcinis. Item de vitulineis carnibus non habentibus etatem trium septimanarum vel circiter mactatis.

Item de carnibus suinis totidem. Item de carnibus aprinis totidem. Item de carnibus thaurinis totidem. Item de reliquis carnibus ineptis et pestiferis et cadauericiis et submersis in aqua et generaliter de omnibus que humane nature ad alimentum sive ad comedendum inepte fuerint. Item simile est iudicium de carnibus quibusvis que non viue et sane probate in parochia mactate fuerint.

Item de vaceis conluctantibus id est tempore luctus sui vulgariter dicti wunnich eadem est emenda prestanda.

Item carnifices tempore estatis a tempore sancte Walpurgis virginis ad tempus et diem sancti Remigii non vendent carnes quascumque pendendo in Macello, que ultra vnum et eundem diem mactate fuerint, sed permittent iacere super macellum vel retropendere facient sub pena premissa, sed post festum beati Remigii hoc eum licentia plena mutare possunt quoisque tempus Estiuale iterato reueniente. Et super hec omnia presentibus inserta aut in posterum inserenda ea, que ob melius oriri possint, parochia et villa predicta habent potestatem eligendi constitueri et reuocandi iuratos ad hoc custodiendum prestites ab eisdem iuratis solite fidelitatis iuramentum quibus receptis. Ipsi iurati habebunt vnam tertiam partem, parochia vnam et domini nostri tertiam de illis negligentibus et penis ex hoc emergentibus. Idcirco domini nostri ipsis iuratis prestabunt treugam et pacem irrepressibilitatis suorum iuramentorum sub hac conditione, quod prius conquestum facient de iniuriis sibi illatis tam verborum quam operum magistro parochianorum pro tempore, qui iniuriam in ipsos iuratos conuersam emendari faciet. Sed si

ipse magister oppidanorum parochianorum hoc facere nequuerit, ulterius ipsi iurati aut magister parochianorum querimonia dominis nostris facere possunt aut vices eorum gerenti, qui dictam iniuriam ipsorum iniuriantium coercere et domare potuerit sub pena quinque marcuarum visualium ad condignam emendam ipsis iuratis prestandam, ut consuetudo antiqua hue usque hoc approbauit.